

*98. Instrumentum inventarii dei
beni del fu Giovannello de Madio*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*98. Instrumentum inventarii dei
beni del fu Giovannello de Madio*

1411-12-24

(c. 355r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nactivitate <sic> ipsius millesimo quatricentesimo
duodecimo, regnante serenissimo domino domino nostro
Ladizlao Dei gratia Hungarie, Ierusalem, Sicilie,
Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Lodomerie,
Comanie, Bulgalieque <sic> rege, Provincie, Forcalquerii
ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno
vicesimo quinto feliciter amen, die vicesimo quarto,
mense decembris, quinte ind(ictionis), apud civitatem
Potentie.

1

Nos Antonellus de Laureo de Potencia annalis iudex
civitatis Potentie, Thomasius Strambus de Potentia
publicus ubilibet per provincias Principatus citra
<et> ultra farum Montorie, Capitinate et Basilicate
regia aut(oritate) notarius et testes subscripti ad hoc
specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico
fatemur atque testamur quod in nostri presentia constituti
Franciscus de Asthis et dopnus Macza de Angriano
de Potentia, episcopi ac executoris ac distributoris
testamenti quondam Ioannelli de Madio, ut dixit <sic>,
et dubitantes ne bona dicti quondam Ioannelli definiti
post eius obitum aliququaliter perdurent in preiudicium
conscientie eorumdem, quibus fides per eundem
testatorem fiducialiter fuit conmissa et de bonis ipsius
testatoris diligenter et legitime ac fideliter inventarium
publicum perficere, accersitis nobis ad domum dicti
quondam Ioannelli testatoris sitam intus civitatem
Potentie, in pertinentiis ecclesie Sancti Girardi suis loco
Il documento, sotto l'anno 1412, va ricondotto al 1411, al cui
terzo trimestre spettarono la V indizione e il XXV anno di
regno di Ladislao, calcolato per anni interi.

et finibus limitatam, prius ecclesiastice eius corpore honorifice tradito sepulture per eorum prescitum, coram nobis asseruerunt se invenisse immediate post mortem predicti testatoris in eadem domo et alibi invenisse bona mobilia et stabilia infr(ascript)a, videlicet: in primis, domum suam in qua idem testator abitabat <sic> soleratam suam, inter civitatem Potentie in parochia ecclesie Sancti Girardi, iuxta domum Rogerii de Caporella, iuxta vias puplicas et alios fines; item terras omnes que sunt in contrata Rifridi, in tenimento civitatis Potentie, indivise cum Petrucio Rugio de Salerno, loco et finibus limitatas; item terras que sunt eodem tenimento, in contrata Planquerte eorum finibus limitatas; item terras que sunt in contrata Rivisci, Margis et Canalette, eorum finibus limitatas // (c. 355v); item terras omnes que sunt <in> Margine, suis loco et finibus limitatas; item peczium unum cuiusdam terre positum in Puteo Falesse, suis loco et finibus limitatum; item pecium unum terre in contrata Rivisci, prope terras notarii Cicci; item omnes alias terras positas in tenimento civitatis Potentie, in dictis locis, contrate <sic> et partibus cuiusdam tenimenti iuxta quorumdam tenorem et seriem instrumentorum prout in illis precise et particulariter contineri dix(erunt), conclusis terris Piscare quondam Andreani; item vinem unam in contrata Moraginis, inter tenimentum civitatis Potentie, iuxta vineam Guillelmi de Cazarella et alios fines, cum quodam uscitello in fine vinee, cum arboribus nhuum; item domum quemdam altineam<sic>, sitam intus civitatem Potentie, in parochia ecclesie Sancti Girardi, iuxta menia civitatis; item casalinum intus civitatem Potentie in parochia ecclesie Sancti Girardi, iuxta menia civitatis Potentie que dicitur Casalina de Madiis; item casalinum unum in eadem parochia, iuxta domum

Antonini de Fientia, iuxta domum ipsius quondam Ioannelli. Intus salam dicte domus item banchum unum fractum; item tabulas serantas <sic> avietas septem; item intus aulam matericia de burdo tria plena lane ad telas tres, quorum unum est duplum ; <item> cultram unam de lino listatam bonbic(e) plenam pennis, usitatam; item plomatia duo listata bonbac(e) plena pennis; item plomacium unum listatum bonbace, plenum pennis; item litteriam unam clavatam tabulis aviet(is); item par unum de linteaminibus de lino usitatum; item cultram unam de lino albam, usitatam ad telas tres; item trappetum unum de lana laboratum diversis laboribus; item trappetum alium de lana ad listam diversis laboribus ad unum pectum; item cassam unam sine clavatura plenam farine thumulorum quinque; item saccum unum de rapiciis ad tenendum fen(um); item chestam unam de vinchis; item suppidanum unum de nuce clavatum cum clavatura // (c. 356r) fintia <sic> inter quem subscripte res consistunt, videlicet: cultram unam albam ad petia <sic> sex duabus laboribus laboratam; cultram unam aliam albam ad telas quatuor diversis laboribus laboratam; item cultram unam de lino laboratam ad ramum duplum cum listis serriis rubeis et nigris in margis <sic> ipsius; item par unum de linteaminibus de lino fil(ato) ad telas tres; item suppreliciam unam de lino quam dixit fuit condam abbatis Angeli de Madio; item urceos duos de cretu<sic>; item taffaream unam de creta, luccernas duas de ferro; item landerium unum de ferro pro ingne; item scrinia dua de ligno vacua cum clavature <sic> ferreis; in sala superiori bancuma unum magnum; item archibancum unum parvum; item mortarium unum de lapide; item lucernam unam de ferro; item tabulam unam rotundam pro mensa, usitatam; item catenas duas de ferro pro

igne; item sartaginam unam de #re vetustam; spitum unum de ferro; item setam unam; item scagna dua parva de ligno; item bachile unum de #re de Span(n)ia; item uculmam unam de #re; item caldaro pallum <sic> unum de ere per[...]; item bachile unum, item scagnium cretis; vasibus cretis; item scuppellum unum de lino; item gaffi[a], caldariam unam de ere magnam cum manica; item calda[rium] unum de #re sine manica; item <in> aula superiori: item pedistallas pro cubile duo; item sacconum unum de capiciis ad telas tres; item materaccium unum de burdo plenum lane ad telas tres; item matteraccium unum plenum capiciis ad telas tres; item trappetum unum de lana [..]peri a duo laboratum; item securem unam de ferro; item faczatoram unam de ligno; item gramulam unam fractam; item saleram unam sine fundo; item scanator(am) unam de lino <sic>; item versabascum unum foderatum; item putatores duos quorum unum est secundum <sic> privilo <sic>; item bancale unum de lana listatum; item scemcum unum sine coporzulo; item faczatoram unam de lino; item catenam unam de ferro quam asseruerunt er(at) inpinorata er(at) <sic> et in domo; item somerium unum // (c. 356v) modice valoris; item bovem unum domidum in campo; item oves decem iuxta assertionem Ioanne uxoris dicti condam Ioanneli, cum ovibus Colucii de Laureana; item porcos quinque in custodia Ioannis de Sancto Martino unius anni; item corrigiam unam de argento in pignore ad manus Petrini de Aperis pro tarenis decem; item zeppam unam seminatam <sic> cum auro et serva <sic> in pignore, ut asseruit, ad manus magistri Petri Parisii pro tarenis tribus; item zeppam unam de serico cum listis nigris et ante de auro quam dixit quod fuit quondam Mattei Gasparris; item sigillum

unum de argento ad arma de Madio, cum uno Agnum
‹sic› Dei et crucifixo de argento, in pignore in manibus
Angelilli de Todaro, cum uno anulo argenteo, pro tarenis
quinque et medio; item pancuestem ‹sic› calante ‹sic›
cum dintillerio de argento; item ollam unam de brunczo
in vegetario; item vegetes ad tenendum vinum magnas et
parvas; item unam magnam de aviet(e) inter quam iuxta
extimacos ‹sic› ipsorum successorum de f(rumen)to
th(omol)i quindecim; item inbutos duos ad reponendum
vinum;... item unum de rapiciis cum ordeo thumulos
tres; item tinam unam de vethegam ‹sic› de aviete cum
ordeo thumulos duos; item pedistallis de ligno paria
tria; item medium tumulum de ligno ‹sic›; item par
unum de barrelis ad tenendum vinum; item tabulas de
aviete tres; item de lino marzato mazuras duodecim;
item vinem unam in contrata Pertenave quam asseruerunt
dedisse eidem Ioannello in dote et dotis nomine et
pro dote Ioanne uxoris eius; item tinas duas de aviete;
item abarum unum de aviete existens intus quoddam
paliario; item tinam unam in vin(e)a de moramiis; item
dugas pro una vantitena ‹sic› in mi(sur)a sexdecim;
item mandile unum de serico albo seminatum ‹sic›
cum laboribus aureis; item zeppam unam de serico
albo cum // (c. 357r) labore quam asseruit esse Ioanne
uxoris dicti quondam Ioannelli; item pernas duas de
feno; item de frumento sato tumbulos tresdecim; item
de fabis satis tumbulum medium; item vomerum unum
de ferro; item locanam ‹sic› unam de lino. Preterea
nos predicti iudex, notarius et testes subscripti presens
inventarium de predictis bonis mobilibus et stabilibus
ac sese moventibus per eosdem Franciscum et domnum
Marcum supradictos ‹epitropos› et destributorios ‹sic›
dicti quondam Ioannelli testatoris nobis presentibus

legitime factum est, absque omni malignitate, vitio et suspicione, ad preces et cautelam perpetuam ipsorum epitroporum et eorum heredum et successorum, hoc presens redigimus instrumentum; nobis presentibus predicta omnia bona mobilia et sese comoventia et existentia in domo et domorum membris per dictos executores fuerunt coram nobis recomendata, tradita et assignata in custodie et gubernatione uxoris quondam Ioannelli de Madio ad restituenda ipsa ad omnem requisitionem ipsorum episcoporum <sic!> vel heredum testatoris ac facti ipsa presente et sponte coram nobis predicta bona ut predicitur recipiente in anima et custodia sua. Unde ad futuram memoriam editorum episcoporum <sic!> et omnium quorum quorumcumque interesse et poterit interesse factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis ac meorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

2

3

4

5

6

7

Così S per Lauro (da docc. coevi)

Così S per serras Montorii

Così S qui, sotto Marcus; Stato di tutt'i fondi Domenico de Angiana; in docc. coevi figura un Macza de Gaudiano

Così S per epitropi, executores et distributores

Così S per? defuncti

Così S per? per eos prescriptos

8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21

Così S verosimilmente per Margine (qui e in seguito)

Così probabilmente per inclusis

Così probabilmente per yschitello

Così S per nucuum

Salto in S

Dubito della lettura

Così S per? sericis

Così probabilmente per cucumam

Così per? scrignum

Così per? cuperculo

Così S per ligno

Salto in S

Così S per? tabarcum

Così S per? Iohanna

Quod scripsi ego predictus notarius Thomasius publicus ut supra qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui, ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego Antonellus de Lauro iudex civitatis Potentie qui supra Ego Carlucius de Musculo de Neapoli interfui et me subscripsi etc. Ego Franciscus de Stampis de Potentia testis interfui Ego presbiter Antonius de Carluccio archidiaconus testis interfui